

nimus, nec mirandas actiones penitus intelligimus, tam  
men maximè lætemur, & si quædam datur investigare,  
contenti vivamus, eò usque, donec ad cœlestem Aca-  
demiam, ubi nostrum *mālītūa* est, translati omnia mi-  
randa naturæ opifia intimiùs contemplaturi & felicio-  
ri mente inquisituri simus, sit ergò BONO CUM DEO

§. I.

**A**NIMAM in rerum naturâ dari, referente diser-  
tissimo omnium Romuli nepotum Cicerone *l. 1.*  
*Tusc. Quæst.* olim negatum fuit à Dicœarcho Pe-  
riplateticô ( ceu *l. 2. Offic.* appelletur ) magnô &  
copiosô ; Hic in sermone Corinthi habito indu-  
xit quendam senem differentem, nihil omnino esse *animum* &  
hoc esse nomen tantum inane frustraq; animalia. & animantes apr-  
pellari neq; in homine inesse *animum* vel *animam*, neq; in bestia,  
&c. Quod dogma erroneum attestante Athanasio alii homi-  
nes maleferiatis seculo quarto assensione suâ comprobarunt.  
At enim verò hi in re manifestâ valdè delirant, certò enim  
certius & evidentissimum est animata seu viventia varias e-  
dere operationes. ( videmus enim in *plantis accretionem*,  
*sensationem* & *motum* in *animalibus*, *intellecationem* & *vo-  
litionem* in *homine* ) quarum operationum nullam demor-  
tua exercere possunt. Sed cum hujusmodi operationum cau-  
sa corpus esse nequeat, necesse est aliam adhuc in corpore  
esse reliquam, quæ tales operationes edat. Præterea cau-  
sam hanc oportet esse in corpore fixam & stabilem, quæ pos-  
sit ejusmodi operationes continuare, ut quamdiu corpori  
præstò est, vita duret & contrà statim atque ab eo discedit  
esse desinat, atque sic corpus hâc causâ commorante vivat,  
ea verò discedente intereat. Hanc igitur causam in rerum  
natura esse ex ejus operationibus, effectis & actionibus, quæ  
ab ea emanant, & quas in rebus animatis exercet, satis liquet,  
eamque Philosophis & cæteris scriptoribus animam appel-  
lari